

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Homilia XXVI. Habita ad populum in basilica beati Ioannis, quæ dicitur
Constantiniana, in Octavis Paschæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

*ad pœnam nostram conditor sine culpa descendit. A
Ecce jam antiquus hostis ea qua de humano genere
ceperat spolia amisi, supplantationis suæ viceram
perdidit. Quotidie peccatores ad vitam redeunt:
quotidie de ejus fauibus Redemptoris manu ra-
piuntur. Unde bene quoque ad beatum Job voce
Dominica iterum dicitur: Aut armilla perforatis
maxillam ejus? Armilla ubi ponitur, ambiendo con-
stringit. Quid ergo per armillam, nisi circumple-
ctens nos divina misericordia designatur? Quæ Le-
viathan istius maxillam perforat, dum nobis post
perpetrata mala quæ prohibuit, adhuc pœnitentia
remedium ostendit. Armilla Dominus maxillam
Leviathan perforat; quia ipse ineffabili misericor-
dia sua potentia, sic malitia antiqui hostis obviat,
ut aliquando eos etiam quos iam cepit, amittat. Et
quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetrata cul-
pas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius
semel raptus, maxillam ejus evaderet, si perforata
non esset? An non in ore Petrum tenuit, cum ne-
gavit? An non in ore David tenuit, cum in tantam
le luxuria voraginem meritus? Sed dum ad vitam
uterque per pœnitentiam reddit, Leviathan iste eos
aliquo modo quasi per maxillæ sua foramen amisi.
Per foramen ergo maxillæ ab ejus ore subtracti sunt,
qui post perpetrationem tantæ nequitiae, pœnitentia
redierunt. Quis autem hominum Leviathan istius
os evadat, ut illicita nulla committat? Sed hinc
cognoscimus, quantum Redemptori humani gene-
ris debitores sumus, qui non solum nos in ore Levi-
athan ire prohibuit, sed ab ore ejus redire conceperit.
Qui spem peccatorum non abstulit; quia maxillam
ejus, ut evadendi viam tribueret, perforavit, ut
saltē post mortsum fugiat, qui incautus prius ca-
vere noluit ne morderetur. Ubique ergo nobis occi-
currit superna medicina: quia & dedit homini præ-
cepta, ne peccet; & tamen peccanti dedit remedia,
ne desperet. Unde cavendum summopere est, ne
quis delectatione peccati Leviathan istius ore rapia-
tur, & tamen si raptus fuerit, non desperet: quia si
peccatum perfètè lugeat, adhuc foramen in maxil-
la ejus invenit, per quod evadat. Adeò testis divinæ
misericordiæ, hac ipsa de qua loquimur Maria, de
qua Pharisæus dum pictas fontem veller obstruere,
dicebat: Hic si esset propheta, sciret, quæ que &
qualis est mulier tangere eum, quia peccatrix
est. Sed lavit lacrymis maculas cordis & corporis.
& Redemptoris sui vestigia retigit, quæ sua itinera
prava dereliquerit. Sedebat ad pedes Jesu, verbum
de ore illius audiebat. Viventi adhæserat; mor-
tuum querebat. Viventem reperit, quem mortuum
quisivit. Tantumque apud eum locum gratia inventit,
ut hunc ipsi quoque Apostolis, ejus videlicet
nuncius, ipsa nunciaret. Quid itaque, fratres, quid
in hac re debemus aspicere, nisi immensam miseri-
cordiam conditoris nostri? qui nobis velut in signo
ad exemplum pœnitentia posuit eos, quos per pœ-
nitentiam vivere post lapsum fecit. Perpendo enim
Petrum, confidero latronem, aspicio Zacheum,
intueor Mariam, & nihil in his aliud video, nisi
ante oculos nostros posita spei & pœnitentia exem-
pla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis; aspiciat
Petrum, qui amare levit, quod timide negaverat.
Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis
exarsit; aspiciat latronem, qui & in ipso mortis ar-
ticulo ad vita premia pœnitentia pervenit. Alius
avaritiae æstibus anhelans aliena diripuit; aspiciat
Zacheum, qui si quid alicui abstulit, quadruplum
reddidit. Alius libidinis igne succensus, carnis mun-
ditiam perdidit; aspiciat Mariam, quæ in se amo-
rem carnis, igne divinitatis amoris excoxit. Ecce omni-
potens Deus ubique oculis nostris quos imitari de-
beamus objicit, ubique exempla sua misericordia
opponit. Mala ergo jam displiceant, vel experta.
Libenter obliyiscitur omnipotens Deus quod no-*

*Job. 40. b**Mar. 26.**2. Reg. 12.**Luc. 7.**Mar. 25.**Luc. 23.**Luc. 19.**B**D**E*

entes fuimus, paratus est pœnitentiam nostram
nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post
aqua salutis renascamur ex lacrymis. Itaque juxta *i. Petr. 2.*
primi pastoris vocem, sicut modo geniti infantes
lac concupiscit. Redite parvuli filii ad finum ma-
triæ vestrae æternæ sapientiæ; fugite larga ubera pie-
tatis Dei; transfacta plangite, imminentia vitate.
Redemptor noster momentaneos fletus nostros æ-
terno consolabitur gaudio: qui vivit & regnat cum
Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia
secula seculorum. Amen.

Lectione sancti Evangelii secundum Ioannem.

*In illo tempore: Cum esset sero die illa una cap. 20.
Isabbatorum, & fores essent clausæ, ubi
erant discipuli congregati propter metum Iudeorum: venit Iesus, & stetit in medio, &
dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset,
ostendit eis manus & latus. Gavisi sunt er-
go discipuli viso Domino. Dixit ergo eis ite-
rum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, &
ego mittos vos. Hæc cum dixisset, insuffla-
vit, & dixit eis: Accipite Spiritum San-
ctum: quorum remiseritis peccata, remit-
tuntur eis: & quorum retinueritis, reten-
ta sunt. Thomas autem unus de duodecim,
qui dicitur Didymus, non erat cum eis
quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij
discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem
dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fi-
xuram clavorum, & mittam digitum meum
in locum clavorum, & mittam manum
meam in latus ejus, non credam. Et post
dies octo iterum erant discipuli ejus intus,
& Thomas cum eis. Venit Iesus januis clau-
sis, & stetit in medio, & dixit: Pax vo-
bis. Deinde dicit Thome: Infer digitum
tuum huc, & vide manus meas: & affer
manum tuam, & mitte in latus meum:
& noli esse incredulus, sed fidelis. Respon-
dit Thomas, & dixit ei: Dominus meus,
& Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidi-
si me, Thoma, credidisti: beati qui non
viderunt, & crediderunt. Multa quidem &
alia signa fecit Iesus in conspectu discipulo-
rum suorum, quæ non sunt scripta in libro
hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis
quia Iesus est Christus filius Dei: & ut
credentes vitam habeatis in nomine ejus.*

HOMILIA XXVI.

*Habita ad populum in basilica beati Io-
annis, que dicitur Constantiniana, in Oſta-
vis Pasche.*

*P*rima lectionis hujus Evangelice quæstio ani-
mum pulsat, quomodo post resurrectionem cor-
pus Dominicum verum fuit, quod clausis januis ad
discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est,
quod divina operatio si ratione comprehenditur,
non est admirabilis: nec fides habet meritum, cui
humana ratio præbet experimentum. Sed hæc ipsa

nostris Redemptoris opera, quæ ex semetipuis comprehendendi nequaquam possunt, ex alia ejus operatio-
ne pensanda sunt: ut rebus mirabilibus fidem præ-
beant facta mirabilia. Illud enim corpus Domini intravit ad discipulos januis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiti utero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis januis post resurrectionem suam in æternum jam viscerus intravit, qui moriturus veniens non aperio utero Virginis exivit? Sed quia ad illud corpus quod vide-
ri poterat, fides intuitu dubitabat, ostendit eis protinus manus & latus: palpandam carnem præ-
buit, quam clausis januis introduxit. Quia in re duo mira, & juxta humanam rationem sibi valde con-
traria ostendit: dum post resurrectionem suam cor-
pus suum incorruptibile, & tamen palpabile de-
monstravit. Nam & corrupti necesse est quod pal-
patur: & palpari non potest quod non corruptitur.
B Sed miro modo atque in æstimabili Redemptori no-
ster & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit: ut monstrando incorruptibile, invitaret ad præmium; & præbendo palpabi-
le, firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo, & palpabilem demonstravit: ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum & ejusdem naturæ, & alterius gloriae. Dicit eis: [Pax vobis.
Sicut misisti me Pater, & ego mittio vos.] Id est, sicut misisti me Pater Deus Deum, & ego mitto vos homo-
homines. Pater Filium misit, qui hunc pro redemp-
tione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit: sed tamen amavit filium, quem ad passionem misit.
Electos verò Apostolos Dominus non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo & Filius amatur à Pa-
tre, & tamen ad passionem mittitur: ita & discipuli à Domino amantur, qui tamen ad passionem mit-
titur: ita & discipuli à Domino amantur, qui tam-
en ad passionem mittuntur in mundum. Itaque dicitur: [Sicut misisti me Pater, & ego mittio vos.] Id est, ea vos charitate diligo cum inter scandala per-
secutorum mitto, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Quamvis mitti etiam juxta naturam divinitatis possum in-
telligi. Eo enim ipso à Patre Filius mitti dicitur, quo a Patre generatur. Nam sanctum quoque Spi-
ritum, qui cum sit coequalis Patri & Filio, non tam-
en incarnatus est, idem se Filius mittere peribet,
dicens: Cum veneru paracitus, quem ego mittam vo-
bis à Pare. Si enim mitti solummodo incarnari de-
beret intelligi, sanctus proculdubio Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est. Sed ejus missio ipsa processio est, quia de Patre procedit & Filio. Sicut itaque Spiritus mitti dicitur quia procedit; ita & Filius non incongrue mitti di-
citur quia generatur. [Hoc autem cum dixisset, in-
sufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.] Quærendum nobis est, quid est quod Spiritus sanctum Dominus noster & semel dedit in terra confitens, & semel celo præsidens? Neque enim alio in loco datus Spiritus sanctus aperi monstratur, nisi nunc cum per insufflationem percipitur, & postmo-
dum cum de celo veniens, in linguis variis demon-
stratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur, postmodum de celo mititur, nisi quod duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei, & dilec-
tio proximi? In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus: è celo datur Spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas, & duo præcepta: ita unus Spiritus, & duo data. Prius à considente Domino in terra, postmodum è celo: quia in proximi amore discitur, qualiter perveniri debeat ad amo-
rem Dei. Unde & idem Joannes dicit: Qui non di-
ligit fratrem suum quem videt. Denique non vi-
dit, quomodo potest diligere? Et antea quidem disci-

A pulorum mentibus idem Spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Unde & scriptum est: Non ^{Ioan. 7.16} dum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificans. Unde etiam per Moysem dicitur: Su-
erunt mel de petra, & oleum de firma petra. Neque enim quidquam tale juxta historiam legitur, si tota Testamenti veteris series recensetur. Nullquam de petra mel, nullquam oleum ille populus luxit. Sed quia juxta Pauli vocem: Petra erat Christus; mel de ^{1. Cor. 10.1} petra luxerunt, qui ejusdem Redemptoris nostri fa-
cta & miracula viderunt. Oleum verò de firma pe-
tra luxerunt; quia effusione sancti Spiritus post re-
surrectionem ejus ungi meruerunt. Quasi ergo in-
firma petra mel dedit, quando adhuc mortalis Do-
minus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit; quia post re-
surrectionem suam factus jam impassibilis, per affla-
tionem spiritus donum sanctæ unitatis emanavit.
De hoc oleo per Prophetam dicitur: Compunget ^{1. Cor. 10.1} iugum a facie olei. Sub iugó quippe tenebamur da-
moniacæ dominationis, sed unde sumus oleo Spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis unxit, do-
minacionis dæmoniacæ iugum putrui, Paulo atte-
kante, qui ait: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. ^{2. Cor. 3.1} Sciendum verò est, quod huius prius Spiritum sanctum habuerunt, ut & ipsi innocenter viventer, &
C in prædicatione quibusdam prædissent, idecirco hunc post resurrectionem Domini patenter acceperunt, ut prædissent non paucis, sed pluribus possent. Unde & in hac ipsa datione Spiritus dicitur: [Quorum re-
misieritis peccata, remittuntur eis: & quorum reti-
nueritis, retenta sunt.] Liber intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocari, ad quantum cul-
men gloriae sint perduerti. Ecce non solum de semet-
ipsi securi sunt, sed etiam alienæ obligationis potes-
tatem relaxatione accipiunt: principatumque su-
perni judicij fortuntur, ut vice Dei quibusdam pec-
cata reineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos à Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo conser-
rant humiliati. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum judices sunt: & alios dannant
vel liberant, qui semetipso damnari metuebant.
Horum profecto nunc in Ecclesia Episcopi locum re-
tent. Ligandi atque solvendi auctoritatē fulci-
piant, qui gradum regiminis fortuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris Durum
quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vita-
sua, judex vita fiat alienæ. Et plerumque contin-
git, ut hic judicij locum teneat, cui ad locum vita minimè concordat. Ac saepe agitur, ut vel damnet im-
meritos, vel alios ipse ligatus solvat. Sæpe in sol-
vendis ac ligandis subditis sua voluntatis motus,
non autem causarum merita sequitur. Unde fit, ut ipsa hac ligandi & solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntariis, & non pro subiectorum moribus exercet. Sæpe fit, ut erga quemlibet pro-
ximum odio vel gratia moveatur pàstor: judicare autem de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum canis sua vel odia vel gratiam sequantur. Unde rectè per Prophetam dicitur: Morificabant ani-
mas quæ non moriuntur; & vivificabant animas quæ non vivunt. Non morientem quippe mortificat,
qui justum damnat. Et non viçtorum vivificare nit-
tur, qui reum à supplicio absolvere conatur. Causa
ergo pensanda sunt, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videntur est quae culpa præ-
cessit, aut quia sit pœnitentia secuta post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutione præsidentis, cum aeterni arbitrium sequitur judicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ videlicet demonstrat,
quia prius mortuum Dominus vocavit & vivifica-
vit, dicens: Lazare, veni foras: & postmodum is ^{Ioan. 11.}
qui

qui vivens egressus fuerat, à discipulis est solutus, si-
c ut scriptum est: *Cumque egressus esset qui fuerat
ligatus iustis, tunc dixit discipulis: Solvite eum, &
fratre abire.* Ecce illum discipuli jam viventem sol-
vunt, quem magister resuscitaverat mortuum. Si
enim discipuli Lazarum mortuum solverent, facto-
rem magis ostenderent, quam virtutem. Ex qua
consideratione intuendum est, quod illos nos debe-
mus per pastoralē auctoritatem solvere, quos au-
tōrem nostrum cognoscimus per sufficiētēm gra-
tiam vivificare. Quia nimis vivificatio ante ope-
rationē restitutinē in ipsa jam cognoscitur con-
fessione peccati. Unde & huic ipsi mortuo Lazaro
nequam dicitur, Revivise: sed, *Veni foras.*
Omnis quippe peccator dum calpam suam intra
conscientiam abcondit, introrsum latet, in suis pe-
ntralibus occultatur. Sed mortuus venit foras, cū
peccator nequitias suas sponte confiteatur. Lazarus er-
go dicitur, *Veni foras:* ac si aperte cuilibet mortuo
in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conscientiam
abscondis? Foras jam per confessionem egre-
dere, qui apud te interius per negationē lates. Ven-
niat itaque foras mortuus, id est, culpam confitea-
tur peccator. Venientem verò foras solvant discipu-
li; ut pastores Ecclesia ei p̄nām debeat amovere,
quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit.
Hæc de solutionis ordine breviter dixerim: ut sub
magno moderamine pastore Ecclesiæ vel solvere
studeant, vel ligare. Sed utrum justè, an injustè
obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timen-
da est: ne is subest, & cūm injustè forsitan ligatur,
ipsam obligationis sua sententiam ex alia cul-
pa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscretè ti-
meat, vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est,
ligari timeat vel injustè; nec pastoris sui judicium
temerè reprehendat: ne etis injustè ligatus est, ex
ipsa tumida reprehensione superbia, culpa qua non
erat fiat. Sed quia hac breviter per excēsum dixi-
mus, ad expositionis ordinem redeamus. [*Thomas
autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non
erat cum eis quando venit Iesus.*] Ita unus discipulus
defuit, reversus quod gestum est audiri, auditā cre-
dere renuit. Venit iterum Dominus, & non credenti
discipulo latus palpandum præbuit, manus offendit,
& ostensa suorum cicatrice vulnerum, infidelitatis
illius vulnus sanavit. Quid, fratres charissimi,
quid inter hæc animadvertis? Nunquid casu ges-
tum creditis, ut electus ille discipulus tunc deeset,
post autem veniens audiret, audiens dubitaret, du-
bitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu,
sed divina dispensatione gestum est. Egit namque mi-
ro modo superna clementia, ut discipulus ille dubi-
tans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis,
in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis
Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides creden-
tium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem
palpando reducitur, nostra mens omni dubita-
tione postposita, in fide solidatur. Sic quippe dis-
cipulum Dominus post resurrectionem suam dubi-
tare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit,
sicut ante nativitatem suam habere Mariam spon-
sum voluit, qui tamen ad ejus nuptias non perve-
nit. Nam ita factus est discipulus dubitans & pal-
pans, testis verae resurrectionis, sicut sponsus matris
fuerat custos integrissimæ virginitatis. Palpavit au-
tem, & exclamavit: [*Dominus meus, & Deus meus.
Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti.*]

Hebr. ii.

Cum Paulus Apostolus dicat: *Est autem fides spe-
randarum substantia rerum, argumentum non appa-
rentium: profectò liquet, quia fides illarum rerum
argumentum est quæ apparere non possunt. Que
etenim apparent, jam fidem non habent, sed agnitionem.* Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit,
cur ei dicitur: [*Quia vidisti me, credidisti?*] Sed
aliud vidit, aliud credit. A mortali quippe homine
S. Greg. Tom. I.

A divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit,
& Deum confessus est, dicens: [*Dominus meus, &
Deus meus.*] Vidento ergo credit, qui consideran-
do verum hominem, hunc Deum quem videre non
poterat, exclamavit. Latifacit valde quod sequitur:
[*Beati qui non viderunt, & crediderunt.*] In qua
nimis sententia nos specialiter signati sumus, qui
cum quem carne non vidiimus, mente retinemus.
Nos signati sumus: sed si fidem nostram operibus se-
quimur. Ille etenim verè credit, qui exercet ope-
rando quod credit. Quod contrà, de his qui fidem
nomine tenus retinemus, Paulus dicit: *Confidentur Tit. 1. d
se nosse Deum, factis autem negant.* Hinc Jacobus *Iacob. 2. d*
ait: *Fides sine operibus mortua est.* Hinc ad beatum
Job de antiquo hoste generis humani Dominus di-
cit: *Absorbebit fluxum, & non mirabitur, & habet Job. 40. b*
fiduciam quid influat Jordanis in os ejus. Quis etenim
per fluvium designatur, nisi humani generis fluxus?
Quod videlicet genus ab ortu ad finem defluit: &
quasi aquæ more, usque ad competentem terminum
ex carnis liquore percurrit. Quid per Jordanem, ni-
si baptizatorum forma signatur? Quia enim in Jordani
flumine ipse auctor redemptiois nostra baptizi-
zari dignatus est, rectè Jordanis nomine, eorum
multitudine exprimitur, qui intra sacramentum ba-
ptismatis continentur. Antiquus ergo hostis generis
humani fluvium absorbit; quia à mundi origine
usque ad Redemptoris adventum, vix paucis electis
evidentibus, in ventrem sue malitia genus huma-
num traxit. De quo rectè dicitur: *Absorbebit flu- Job. 40.
vum, & non mirabitur: quia pro magno non habet*
cūm infideles rapit. Sed grave est valde quod subdi-
tetur: *Et habet fiduciam quid influat Jordanis in os ibid.
ejus: quia postquam infideles quosque à mundi ori-
gine rapuit, adhuc se posse decipere etiam fideles
præsumit.* Nam ore pestifera persuasionis eos quo-
tidie devorat, in quibus à confessione fidei reproba-
vita discordat. Hoc ergo, fratres charissimi, tota
intentione pertineat: hoc apud vos sollicita mente
cogitate. Ecce Paschalia solemnia agimus: sed ita
vivendum est nobis, ut pervenire ad æternā festa
mereamur. Transiunt cuncta quæ temporaliter fe-
stiva celebrantur Curate, qui his solemnitatibus
interessis, ne ab æterna solemnitate separemini.
Quid prodest interessis festis hominum, si deesse con-
tingat festis Angelorum? Umbra ventura solemnitas
est solemnitas præsens. Idecirco hanc annuè agi-
mus, ut ad illam quæ non est annua, sed continua,
perducamur. Cūm hæc statuto tempore geritur,
ad illius desiderium memoria nostra refractur. Fre-
quentatione ergo gaudij temporalis, ad æterna gau-
dia mens incalcat & ferreat: ut ex veritate lætitiae
perfruatur in patria, quod de umbra gaudij medita-
tur in via. Vitam ergo vestram, fratres, moresque
componite. Is qui mitis resurrexit ex morte, quam
districtus in iudicio veniat, previdete. Certè in die
tremendi examinis sui, cum Angelis, cum Archangeli-
bus, cum Thronis, cum Dominationibus, cum
Principatibus & Potestatibus apparebit: cælis ac
terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui
obsequiū terrore commotis. Hunc ergo tanti pav-
oris iudicem ante oculos ponite: hunc venturum ti-
mete, ut hunc, cūm venerit, non timidi, sed securi
videatis. Timendus ergo est, ne timeatur. Terror
ejus nos ad usum bona operationis exerceat: metus
illius vitam nostram à pravitate compescat. Mihi
fratres, credite, quia tanto tunc crimus securi de
eius præsentia, quanto nunc esse fatigimus suspecti
de culpa. Certè si aliquis velutrum cum suo adversario
causam dicturus in meo iudicio die crastino esset
exhibendus, totam fortasse noctem insomnem du-
ceret, quid sibi dici posset, quid objectionibus re-
sonderet, secum sollicita & astuante mente versa-
ret: ne me inveniret asperum, vehementer metueret:
ne apud me appareret noxius, formidaret. Et quis

Y Y y

ergo? aut quid ego? nimurum non longè post futurus post hominem vermis, atque post vermem pulvis. Si ergo tantā curā pertimescitur judicium pulveris, quia intentione cogitandum est, qua formidine prævidendum tantæ judicium majestatis? Sed quia sunt nonnulli, qui de resurrectione carnis incerti sunt, & hanc tunc rectius docemus, si etiam cordium vestrorum questionibus occultis occurrimus: pauca nobis de ipsa resurrectione fide loquenda sunt. Multi etenim de resurrectione dubitantes, sicut & nos aliquando fuimus, dum carnem in putredine, ossaque in pulvrem redigi per sepulcra conspiciunt, reparari ex pulvere carnem & ossa diffidunt; sicque apud se quasi ratiocinantes dicunt: Quādo ex pulvere homo reducitur? quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus: quia longè minus est Deo reparare quod fuit, quam creare quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit, qui simul omnia ex nihilo creavit? Mirabilius namque est celum & terram ex nullis existentibus condidisse, quam ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur, & in carnem redire posse desperatur: & divinæ operationis virtus comprehendendi quasi ex ratione queratur. Qui scilicet hæc idecirco in suis cognitionibus dicunt, quia eis quotidiana Dei miracula ex asperitate viluerunt. Nam ecce in uno grano parvissimi seminis latet tota quæ nascitur est arboris moles. Constitutum namque ante oculos cujuslibet arboris miram magnitudinem: cogitemus unde oriendo cœpit, quæ ad tantam molem crescendo pervenit. Invenimus proculdubio ejus originem, parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo patvo grano seminis latet fortitudine ligni, asperitas corticis, saporis odorisque magnitudo, ubertas fructuum, viriditas foliorum. Contrectatum namque seminis granum non est validum: unde ergo processit ligni duritia? non est asperum, unde asperitas corticis erupit? non est saporum, unde sapor in fructibus? olfactum nil redolat, unde odor in fructibus fragrat? nil in se viride ostendit, unde foliorum viriditas exivit? Cuncta ergo in semine simul latent, quæ tamen non simul ex semine procedunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice procedit virgultum, ex virgulo oritur fructus, ex fructu etiam producitur semen. Addamus ergo quia & semen latet in semine. Quid igitur mirum, si ossa, nervos, carnem, capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia, in magna mole arboris ex parvo quotidianè semine restaurat? Cum ergo dubitans animus deresaurrectionis potentia rationem querit, earum rerum ei questiones inferenda sunt, quæ & incessanter fiunt, & tamen ratione comprehendi nequaquam possunt: ut dum non valet ex visione rei penetrare quod conspicit, de promissione divinæ potentiae credat quod audit. Illa ergo vobissem, fratres charissimi, promissa cogitate quæ permanent: quia verò cum tempore transiunt, velut jam dimissa despiciunt. Ad hujus resurrectionis gloriam quam in se Veritas ostendit, tota intentione festinante. Terrena desideria quæ ab auctore separant, fugite: quia tantò altius ad conspectum Dei omnipotenti pertingitis, quanto mediatores Dei & hominum singularius amatis. Qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti Evangelij secundum
Joannem.

*Cap. 15. b IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis
Hoc est praeceptum meum, ut diligatis in-
vicem, sicut dilexi vos. Majorem hac di-
lectionem nemo habet, quam ut animam*

A suam ponat quis pro amictis suis. Vos amici mei esitis, si feceritis que ego praeceperemus vobis. Nam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecumque audivisti a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

HOMILIA XXVII.

Habita ad populum in basilica S. Pancratij martyris, die natalis ejus.

Cum cuncta sacra eloquia Dominicis plena sint
præceptis, quid est quod de dilectione, quasi
de singulari mandato Dominus dicit: [*Hoc est præ-
ceptum meum, ut diligatis invicem*;] nisi quia om-
ne mandatum de sola dilectione est, & omnia unum
præceptum sunt: quia quidquid præcipitur, in sola
charitate solidatur. Ut enim multi arboris rami ex
una radice prodeunt, sic multæ virtutes ex una cha-
ritate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ra-
mus boni operis, si non manet in radice charitatis.
Præcepta ergo Dominicana & multa sunt, & unum:
multa per diversitatem operis, unum in radice dilectionis.
Qualiter autem ista dilectio tenenda sit,
ipse insinuat, qui in plurimæ scripturaræ suis senten-
tiis & amicis jubet diligi in se, & inimicos propter
se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui &
amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter
Deum. Nam sunt nonnulli qui diligent proximos,
sed per affectum cognitionis & carnis: qui-
bus tamen in hac dilectione sacra eloquia non con-
tradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur na-
ture: aliud quod præceptum Dominicis ex charitate
debetur obedientia. Hi nimirum & proximum di-
ligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia
non assequuntur: quia amorem suum non spiritualiter,
sed carnaliter impendunt. Proinde cum Domi-
nus diceret: [*Hoc est præceptum meum, ut diligatis
invicem*;] protinus addidit: [*Sicut dilexi vos.*]
Ac si aperte dicat: Ad hoc amate, ad quod amavi
vos. Quia in re, fratres charissimi, solerter intuen-
dum est, quod antiquus hostis dum mentem nostram
ad rerum temporalium dilectionem trahit, infirmorem
contra nos proximum excitat, qui ea
ipsa qua diligimus, auferre molitatur. Nec curat anti-
quus hostis, hæc faciens, ut terrena tollat: sed
ut charitatem in nobis feriat. Nam in odium repente
exardefecimus: & dum foris invicti esse cupimus,
intus graviter ferimus: dum parva foris defendi-
mus, intus amittimus maxima: quia dum rem dili-
gimus temporalem, veram amittimus dilectionem.
Omnis quippe qui nostra tollit, inimicus est. Sed si
odio habere cœperimus inimicum, intus est quod
perdimus. Cum ergo aliquid exterius à proximo pa-
timur, contra occultum raptorem interitus vigile-
mus, qui nunquam melius vincitur, nisi cum raptor
exterior amat. Una quippe & summa est probatio
charitatis, si & ipse diligitur, qui adversatur. Hinc
est quod ipsa Veritas & crucis patibulum sustinet,
& tamen ipsis suis persecutoribus affectum dilectionis
impedit, dicens: *Pater ignosce illis, quia ne-
sciant quid faciunt.* Quid ergo mirum si inimicos
diligent discipuli dum vivunt, quando & tunc inimicos
diligit magister cum occiditur? Cuius dilectionis
summam exprimit, cum subiungitur: [*Ma-*